

S. M. / R. G.



# BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO DE MENORCA

**Sumario.**—Onomástico, pág. 121.—Circular del Exemo. Prelado referente á la Indulgencia de la Porciúncula, pág. 122.—Prórroga de facultades apostólicas á los Prelados españoles respecto de religiosos exelastrados y monasterios de religiosos exentos, pág. 123.—S. C. del Concilio: sobre juramente contra el Modernismo en los grados académicos y ordenación, pág. 126.—Inscritos al Congreso Eucarístico, pág. 127.—Crónica de la Diócesis, pág. 128.

## ONOMÁSTICO

**E**L día 24 del corriente mes, festividad del Santo Precursor, es el onomástico del Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo de esta Diócesis. Con tan fausto motivo, EL BOLETÍN ECLESIASTICO DE MENORCA, se complace en transmitir á su amantísimo Prelado, el testimonio más expresivo de su reverente adhesión y filial afecto.





## NOS EL OBISPO

**A**TENTA siempre nuestra Madre la Iglesia á que sus fieles hijos se aprovechen de las numerosas gracias que nos consiguió Jesucristo con su pasión y muerte, abre muy á menudo las arcas de tan rico tesoro y con mano pródiga lo reparte entre sus hijos. Una de esas gracias, y por cierto muy extraordinaria, es la Indulgencia llamada de la Porciúncula, alcanzada á instancias del glorioso Patriarca S. Francisco de Asis, primeramente en favor de los que visitaran la pequeña Iglesia de Ntra. Sra. de los Angeles, extendida más tarde á todas las Iglesias Franciscanas, y en el pasado año á todas las que fueran señaladas en cada Diócesis por los respectivos Ordinarios, según facultades concedidas por S. S. Pio X en su «Motu Proprio» de 11 de Junio de 1910, publicado en el núm. 331 de este BOLETIN OFICIAL.

Habiéndose concedido, por decreto de la S. Congregación del Santo Oficio, sección de Indulgencias, del 26 de Mayo del presente año, prórroga indefinida de las facultades concedidas en el citado «Motu Proprio», Nos, deseando proveer á las necesidades espirituales de nuestros fieles hijos, concedemos, por el tiempo que perduren dichas facultades, que en toda nuestra Diócesis pueda lucrarse tan extraordinaria Indulgencia, con las mismas condiciones y extensiones dispuestas en el mencionado núm. 331 de nuestro BOLETIN, pág. 163.

Ciudadela, 19 de Junio de 1911.

† EL OBISPO.





## PRORROGA DE FACULTADES APOSTÓLICAS

Á LOS PRELADOS ESPAÑOLES

RESPECTO DE RELIGIOSOS EXCLAUSTRADOS Y MONASTERIOS DE  
RELIGIOSOS EXENTOS

---

### DECRETUM

Quum in Hispanica Ditione adhuc perdurent peculiare illae circumstantiae, ob quas, die 10 Decembris 1858, Religiosi e claustris ejeti et Monasteria Sanctimonialium Virginum jurisdictioni respectivorum Ordinariorum Dioeceseon, ad certum determinatumque tempus, Apostolicae Sedis Decreto, ibidem subjecta fuerant; Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa Decimus, referente infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis de Religiosis Praefecto, die 16 decurrentis mensis Maji, dignatus est prorogare ad aliud triennium praefatas Ordinariorum facultates: 1.º, in Religiosos, qui extra claustra anno 1835 positi fuerant, si quis adhuc ipsorum supersit; et 2.º, in ea Sanctimonialium Monasteria, quae de jure exempta sunt; sanans omnia, quae post ultimam earumdem facultatum prorogationem ab ipsis Ordinariis peracta sunt, quaeque sanatione indigent; salvis tamen modificationibus, quae infra hoc triennium Apostolica Sedes huic Decreto afferre posset, si futura rerum adjuncta id ex postulaverint.

Voluit tamen eadem Sanctitas Sua, ut in interpretandis eisdem facultatibus apprime serventur ea omnia, quae a sa. me. Pio Papa Nono, per Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium, in epistola typis cusa d. d. 10 Decembris 1858, statuta sunt; utque Rvmi. Ordinarii prae oculis praesertim habeant specialem Sanctae Sedis mentem, his verbis ibidem expressam: «...verum admodum congruum esse, ut Ordinarii, nisi pro peculiaribus rerum et Monasteriorum adjunctis aliter in Domino existimaverint, in deputandis eorumdem Monasteriorum Vicariis, Confessariis, Moderatoribus, seu Directoribus spiritualibus, deligant Religiosos ejusdem Ordinis, quatenus illi scientia, vitae probitate, prudentia, ceterisque qualitatibus praediti reperiantur.»

Poterunt igitur Rvmi. Ordinarii, absque ulteriori faculta-



te Apostolica, ipsi per se deputare in Confessarios ordinarios Monialium Religiosos respectivorum Ordinum, prae-  
vio tamen consensu respectivorum Superiorum Regularium; ea semper servata lege, ut iidem Religiosi in Confessarios designati in suo proprio Conventu vivant, nisi in aliquo determinato casu et ob peculiare omnino circumstantias, Rvmi. Ordinarii una cum Superioribus Majoribus Ordinis speciale indultum ab Apostolica Sede impetraverint et obtinuerint: servatis ceterum de jure servandis quoad triennem mutationem Confessariorum Ordinariorum ceterisque Apostolicis praescriptis.

Poterunt item Rvmi. ipsi Ordinarii, si et quando id opportunum duxerint, adhibere Superiores Regulares ad Visitationem Canonicam Monasteriorum respectivorum Ordinum peragendam. Hi tamen Visitatores eas tantum habeant facultates, quas Rvmi. Ordinarii ipsis commiserint, quaeque, hac non obstante delegatione, Episcopis integrae manent.

Hoc autem Decretum, una cum exemplari supradictae Epistolae *Peculiaribus inspectis circumstantiis* d. d. 10 Decembris 1858, omnibus et singulis Rvmi. Ordinariis Hispaniae notum fiat et communicetur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis die 24 Maji 1911.

L. ✠ S.

FR. J. C. CARD. VIVES, *Praef.*

† Donatus, Archiepiscopus Ephesinus, *a Secretis.*

---

Perillutris ac Rme. Domine uti Frater.—Peculiaribus inspectis circumstantiis, in quibus Monasteria Sanctimonialium Virginum superioribus regularibus subjecta, nec non Religiosi viri e claustris ejecti in Hispanica ditione in praesens reperiuntur, Sanctissimus D. D. Pius PP. IX existimavit iis speciali Apostolicae Sedis providentia consulendum esse. Idecirco Sanctitas Sua praedicta Monasteria Sanctimonialium Virginum, quae Praesidibus regularibus subsunt, ac insuper praefatos Religiosos viros extra claustrum degentes in Hispaniarum Regno jurisdictioni Austitutum, seu Ordinariorum locorum in quibus eadem Mo-



nasteria respective reperiuntur, et memorati Religiosi commemorantur apostolica auctoritate ad triennium a data praesentium computandum, nisi interim a S. Sede aliter provideatur, subjicit, et subjecta ac subjectos esse decernit: quin tamen impediatur, quominus enunciati Religiosi viri libere confugere possint ad suos Praesides, seu Superiores Regulares quando agitur de rebus conscientiam respicientibus, quae ad votorum observantiam, et ad obligationes e religiosa professione promanantes referantur. Quod vero spectat ad Sanctimonialium Monasteria de quibus agitur, Sanctitas Sua expresse declarat ea vi hujus pontificiae dispositionis in omnibus omnino ordinariis locorum subjici, et ab eis unice regi debere, quin Regulares in iis sese ullo modo immiscere possint; verum admodum congruum esse ut Ordinarii, nisi pro peculiaribus rerum, et Monasteriorum adjunctis aliter in Domino existimaverint in deputandis eorumdem Monasteriorum Vicariis, Confessariis, Moderatoribus, seu Directoribus spiritualibus deligant Religiosos ejusdem Ordinis, quatenus illi scientia, vitae probitate, prudentia, ceterisque qualitatibus ad eadem respectiva officia rite obeunda necessariis praediti reperiuntur.

Haec quidem Tibi ex Sanctitatis Suae mandato communicamus, ut delegata superius jurisdictione pro ea, qua praestas prudentia in tua Dioecesi utaris, facta tamen in singulis actis expressa mentione hujus specialis apostolicae delegationis: Teque simul monitum volumus ut si earumdem facultatum usu dubitatio, vel difficultas exoriat, eam ad hanc S. Congregationem negotiis, et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositam solvendam proponas.

Interim vero Amplitudini Tuae fausta ac prospera cuncta adprecamur a Domino.

Romae ex S. Congregatione Episcoporum et regularium, die 10 Decemb. 1858.

Amplitudinis Tuae.

Addictissimus ut Frater,

G. CARD. DE GENGA, *Praefectus.*

A. ARCHIEPISCOPUS PHILIPEN., *Secretarius.*





## SAGRADA CONGREGACIÓN CONSISTORIAL

---

### SOBRE JURAMENTO CONTRA EL MODERNISMO EN LOS GRADOS Y ORDENACIÓN

Propositis dubiis quae sequuntur, scilicet: 1.º utrum ad effectum sacrae ordinationis studiorum anni expleti dici possint ad festum Pentecostes seu SSmae. Trinitatis; 2.º utrum iuramentum praestandum ante susceptionem ss. ordinum, a motu proprio «Sacrorum Antistitum 1 septembris 1910 praescriptum, emittendum sit ante singulos ss. ordines, vel solummodo ante s. subdiaconatum: haec S. Congregatio, die 24 martii 1911, respondit:

A 1<sup>um</sup> *Negative*; sed requiri ut expleatur cursus scholasticus novem mensium cum examine finali feliciter emenso.

Ad 2<sup>um</sup> Sufficere ut praestetur ante ineundum sacrum subdiaconatus ordinem, salvo Ordinarii iure illud denuo exigendi ante collationem singulorum ss. ordinum si ex qualibet causa necessarium vel utile ducat.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius*.

Scipio Tecchi, *Adsessor*.

---



## INSCRITOS AL CONGRESO EUCHARÍSTICO

---

Por no haber sido enviados oportunamente á esta Secretaría, todos los inscritos en esta Diócesis al Congreso Eucarístico, dejamos de publicar, en el número anterior de este BOLETIN, los que á continuación se expresan:

### CONGRESISTA

Rdo. Sr. D. Ambrosio Carabó, Párroco de  
 Santa María de Mahón . . . . . Ptas. 15'00

### ASISTENTES DE MAHÓN

Sr. D. Hilario Mateo Valera . . . . .	»	5'00
Sra. D. <sup>a</sup> Francisca Tuduri Vives . . . . .	»	5'00
» » Margarita Florit Pons . . . . .	»	5'00
» » Magdalena Taltavull . . . . .	»	5'00

### ASISTENTES DE ALAYOR

Sr. D. Guillermo Gamarra . . . . .	»	5'00
» » Antonio Anglada Verger . . . . .	»	5'00
Sra. D. <sup>a</sup> Margarita Camps Frontí . . . . .	»	5'00
» » Juana Ameller Florit . . . . .	»	5'00

<i>Importan estos donativos.</i>	»	55'00
----------------------------------	---	-------

NOTA: Estos últimos donativos con la suma anterior importan la cantidad de pesetas 596 y los socios inscritos á dicho Congreso en sus diferentes clases ascienden al número de 120.





## CRÓNICA DE LA DIÓCESIS

---

Mañana, saldrá el Excmo. Sr. Obispo de esta diócesis para Mahón, en donde embarcará para el continente, con el objeto de asistir al Congreso Eucarístico, que ha de celebrarse en los últimos días de este mes en Madrid.

Acompaña á S. E. Ilma. su familiar M. I. Sr. D. Mariano Juan, Canónigo.

Deseamos á nuestro Reverendísimo Prelado feliz viaje de ida y vuelta.

---

Asimismo embarcarán con el vapor directo de mañana para Barcelona, con el mismo objeto de asistir al Congreso Eucarístico, los Rdos. Sres. D. Juan Mercadal, Párroco de San Francisco de Mahón, D. Gabriel Coll, Regente de la parroquia del Cármen de la misma ciudad y D. Bartolomé Sintés, Pbro., Beneficiado de Santa María.

Además van también al Congreso cuatro colegiales internos de este Seminario de San Ildefonso.

---

La festividad del Santísimo *Corpus Christi*, celebróse en la Catedral con la tradicional y característica solemnidad. Predicó hermoso sermón referente al adorable objeto de la festividad, el Dr. D. José Tudurí, Pbro., catedrático del Seminario. La procesión de la tarde fué lucidísima, asistiendo el Sr. Obispo y el M. I. Ayuntamiento.



CIUDADELA

---

IMP. Y LIB. DEL SAGRADO CORAZÓN DE JESÚS  
1911